

3
200

U. q. 374, 1



22 26

Der
Röm. Kayserl. Maytt.
Schreiben/

Sub dato den 30. Martij | anno 1665.

An die
Röm. Mtt. zu Schweden/

Auch deroſelben
Regierung des Hertzogthums
B R E M E N/

Des Heil. Reichs Stadt Bremen / wider den Teutschen
Frieden = Schluß von anno 1648. nirgends in zu beschweren/ und
von allen viis factiſich zu enthalten.





B R E M E N.
Gedruckt bey Arende Wessels/ E. E. Rathes daselbst bey
staubtem Bucherucker/


A N N O M. DC. LXV.

Leopold I Kaiser von I Denkmale









LEOPOLDUS

divinâ favente clementia, Electus Romanorum Imperator, semper Augustus, ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatia, Slavoniæ, &c. Rex, Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ &c. Marchio Moraviæ, Dux Luxemburgiæ, ac superioris & inferioris Silesiæ, Wirtembergæ & Teckæ, Princeps Sueviæ, Comes Habspurgi, Tyrolis, Ferretis, Kyburgi & Goritiæ, Landgravius Alsatia, Marchio Sacri Romani Imperii, Burgoviæ, ac superioris & inferioris Lusatiæ, Dominus Marchiæ Schlavonicæ, Portus Naonis & Salinarum, &c.



Erenissimo & Potentissimo Principi, Domino CAROLO, Suecorum, Gothorum, Vandalarum.

A lorum-



lorumque Regi, magno Principi Finlandiæ, Duci Scaniæ, Esthoniæ, Livoniæ, Careliæ, Breme, Verde, Stettini, Pomeraniæ, Cassubiæ & Vandaliæ, Principi Rugiæ, Domino Ingriæ & Wismariæ, Comiti Palatino Rheni, Duci Baviariæ, &c. Consanguineo & Fratri nostro charissimo, Salutem cum omni boni incremento. Serenissime & Potentissime Princeps, Consanguinee & Frater charissime: Celare Serenit.^{tem} V.^{ram} nolumus, dolenter Nobis à nostra Sacrique Imperii Civitate Bremensi expositum fuisse, quem in modum non minùs contra Instrumenti pacis Os nabrugensis tenorem, quàm usum possessionemque suam antiquissimam, non solùm oppositionibus sibi à Ser.^{tis} V.^{ra} Regimine Ducatum seu Episcopatum Bremensis & Verdensis factis, quò minùs ad conventum circularem inferioris Saxonix, anno proximè superiore Brunsvigæ habitum, admitteretur, impedita, quin & ab eadem quota, quam ad

Impe-

Imperii usus necessitatesque immediate
 confert, ad Ducatûs Bremensis contin-
 gens pertrahi, ac occasione nuperrimi
 contra hostem Turcam belli à quibus-
 dam suis Civibus Curiarum Canonicali-
 um ibid. inhabitatoribus personalis cen-
 sus exigi voluerit: Verùm etiam quâ
 novitate atque attento contra Præfektur-
 ras suas Blumenthal & Neukirch, non
 solùm ad Statuum ejusdem Ducatûs
 Bremensis implorationem, arrestum
 quoddam, quo ad anticipationem à di-
 ctis Statibus pro eadem Civitate prætensè
 persolutam, in Ducale ærarium refun-
 dendam, eodem conatu adigatur: Sed
 porrò ut omnes dictarum Præfektura-
 rum redditus, Regio Seren.^{tis} V.^{ra} Quæ-
 stori adnumerentur, decretum edictum-
 que: Nec minùs etiam contra Subditum
 suum Johannem Hypoldt in territorio
 suo, ipsòque quasi civitatis limine à Bur-
 gi Præfektò, ejusdemque complicibus, di-
 cto approbante Regimine, processum fue-
 rit,

rit, ac nunc quoque à quibusdam Seren.^{iss}
 V.^{ra} Deputatis, iis postulatis, quæ sta-
 tum suum per instrumentum pacis ex-
 tra omnem impetitionem constitutum
 lædant, urgeantur, humillimè suppli-
 cando, ut pro Imperatorio nostro mune-
 re nostras apud Serenitatem Vestram par-
 tes pro prædictis quantocius antiquandis
 gravaminibus atque attentatis interpo-
 nere, eandemque ut suos ab omni via
 facti dehortaretur, benevolè requirere
 vellemus.

Quemadmodum igitur hæc ipsa, Se-
 renitate Vestra aut mandante aut appro-
 bante, à dicto ejusdem Regimine susce-
 pta factaque fuisse, eo quidem minùs no-
 bis persuadere possumus, quo sinceriùs
 ipsa acuratiùsque non unis suis amanti-
 mè scriptis literis nobis suum ad memora-
 tæ pacis Osnabrugensis observationem
 juxta ac conservationem, publicæ tran-
 quillitatis in Imperium studium atque ze-
 lum testatum reddere, in eundemque fi-
 nem

nem nuperrimè adhuc Ratisbonæ, ut investituræ ejusdem, super prædictis Bre-
 menfi & Verdensi Ducatibus, pro majori
 dictæ Civitatis Territorii que sui, ac Privi-
 legiorum Juriúmque ac Libertatis stabili-
 mento peculiaris paragraphus, (*Civitati ve-
 ro Bremensi*) insereretur, adeóq; & hoc, quo
 inter cætera, etiã contrabenevolam pro-
 pensionem nostram, ab infeudatione in-
 vestituræque collatione præpediebamur,
 obstaculum removeretur, amanter conve-
 nire voluit: Ita cùm haud difficile sit con-
 jicere, nisi iis, quæ toties sanctè conventa,
 firmiter insistatur, quantum hinc tran-
 quillitatis publicæ pertimescendum peri-
 culum aut præjudicium. Benevolè Ser.^{tem.}
 V.^{iam} planèque amanter & fraternè de eo
 admonendam requirendámque hisce du-
 ximus, ut pro laudabili eo suo pacis tran-
 quillitatisq; in imperio conservandæ zelo,
 missis quamprimùm mandatis præfata
 Regimini suo attentata non solùm inhibe-
 re, sed & seriò inungere velit, ut ab ulte-

riori via facti desistendo, omnia in pristinum statum citra moram restituat, dictamque Civitatem in iis, quæ instrumento etiam pacis ipsi intacta relinquuntur, amplius non impetat neque perturbet.

Enim verò sicuti eadem Ser.^{tas} V.^{ra} nullâ non re hucusque affatim compererit, quàm eidem de iis, quæ dicta ipsi pax tribuit, haud quidquam demere intendamus; Ita nec in posterum quoque, si prætensioni cuicumque sibi insistendum, jurèque & ex ejusdem instrumenti pacis constitutionumq; Imperii præscripto contra sæpè dictam Civitatem experiendum duxerit, partium nostrarum quidquam desiderari patiemur, quominus omni differentia citra graviolem aliquem motum sopita, pax, mutuâque inter Nos Imperiûmque ac Serenitatem Vestram, ejusdemque Regnum & ditiones correspondentia sanctè omnibusque sinceræ amicitiae officiis colatur atque propagetur. De quo Serenitatem Vestram simul hisce
asse-

affecurare voluimus. Qui de cætero eadem prosperos rerum successus ex animo vovemus.

Dabantur in Civitate nostra Viennæ, die trigesima Martij, anno Domini millesimo sexcentesimo sexagesimo quinto, Regnorum nostrorum Romani septimo, Hungarici decimo, Bohemici verò nono.

Seren: ^{tis} V: ^{ra}

Bonus Consanguineus & Frater

LEOPOLDUS.

Wilberich Frh. von Walderdorff.

J. WALDERODE.

Tit.

Serenissimo & Potentissimo Principi, Domino CAROLO, Suecorum, Gothorum Vandalorumque Regi, Magno Principi Finlandiæ, Duci Scandinaviæ, Esthoniæ, Livoniæ, Careliæ, Bremæ, Verdæ, Stetini, Pomeraniæ, Cassubiæ & Wandaliæ, Principi Rugiæ, Domino Ingridiæ & Wismariæ, Comiti Palatino Rheni, Duci Baviariæ, &c. Consanguineo & Fratri meo charissimo.

den Professorum in Facultate ex animo
venerunt. In hunc modum
habent in Civitate regni Johann.


in hunc modum habent in Civitate regni Johann.
hinc lexordium legationis perno.
hinc lexordium legationis perno.
hinc lexordium legationis perno.


LEOPOLDUS

Imperator Romanorum etc.
I WALDERODE

Imperator Romanorum etc.
Imperator Romanorum etc.
Imperator Romanorum etc.
Imperator Romanorum etc.
Imperator Romanorum etc.
Imperator Romanorum etc.
Imperator Romanorum etc.
Imperator Romanorum etc.
Imperator Romanorum etc.
Imperator Romanorum etc.









154080

AB: 154080

X 2514639

Handwritten scribbles and faint markings at the bottom right of the page.





27 26

Der
Röm. Kayserl. Maytt.
Schreiben/

Sub dato den 30. Martij | anno 1665.

An die
Röm. Mtt. zu Schweden/

Auch derofelben
Regierung des Hertzogthumbs
B R E M E N

Des H. Reichs Stadt Bremen / wider den Teutschen
Frieden = Schluß von anno 1648. nirgendt in zu beschweren/ und
von allen viis factisch zu enthalten.



B R E M E N
Gedruckt bey Arendt Wessels/ E. C. Rath's daselbst bey
staatdem Bucherucker/

ANNO M. DC. LXV.